

Joachim Lindemann Ulrich Friedrich Otto

**Veritatem Imperantem, Disputatione Philosophica placide examinandam sistunt.
Amplissimi Senatus Philosophici indultu, In inelyta ad Varnum Academia
Praeses M. Joachimus Lindemannus, Rostochiensis & Respondens Ulricus
Fridericus Otto, Gold. Megap. H.L.Q.C. ... Mensis Martii, die**

Rostochi[i]: Richelius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732446503>

Druck Freier  Zugang



R. n. phil 1685

16

36
30
25

AUXILIANTE DEO!
VERITATEM
IMPERANTEM,
DISPUTATIONE PHILOSOPHICA

placidè examinandam sistunt.

Amplissimi Senatus Philosophici indultu,

Ininchyta ad Varnum Academia

PRÆSES

M. JOACHIMUS LINDE-
MANNUS, Rostochiensis

&

RESPONDENS

ULRICUS FRIDERICUS OTTO,

lectur
Gold. Megap.

H. L. Q. C.

Seneca:

Satis triumphat Veritas si apud paucos bonosq; accepta,
nec indoles ejus est, placere multis.

ROSTOCHI,

Imprimebat JACOBUS RICHELIUS, *Senat. Typograph.*

ANNO M DC LXXXV.

Mensis Martii, die 21

UNIVERSITÄT
VEREINIGTE
IMPERIALE
DIPLOME
M. JONCHER
MACHINEN
KLEINER
M. J. C.



Ἰεροσολιμαῖος τῆς ὁμοῦ ἀπὸ βασιλεῦς.

Prooemium.



Mplissimum Veritatis Theatrum ingressuris, monarchiam ejus paucis hisce pagellis extremis, qvoad ajunt, lineis depingere potius qvoad pertractare animus est. Augustum Veritatis nomen est qvoad, suo sese Elogio satis commendat. Illam Gentiles Philosophi meritissimis laudibus evehunt, ἀγναιον ζήτημα (a) appellantes : Si qva Antiquitati, fides non est deneganda, Veritatem Veneris Coelestis (b) nomine a sanioribus fuisse cultam Magni Viri suffragium testatur. Hinc illam θεῶν προεβουλήν καὶ μετέστην appellarunt (c). Imperat hæc omnibus svavissime, illa quidem increata omnibus eminentissimè, non minus tamen illa creata rerum sententiarumqve ac disciplinarum veritas, cum imperio agit, ac omnem a sese falsitatem longissime eliminat. Huic debemus qvoad mens nostra naturâ inclinat ad commerciū cum rebus ineundum, qvoad enim est qvoad insatiabili ardore intellectum nostrum in res objectas ferri facit? Veritas. Hæc qvatenus vel intelligenda vel probanda, vel vindicanda vel invenienda, omnium disciplinarum objecta moderatur. Hanc suis difficultatibus involutam veluti adaperto cortice luci exponit Philosophus. Mirabile ejus est Imperium & confians, qvoadvis enim omnia temporis injuria corrumpantur, qvoad simile est fluvio, levia ac inflata ad nos devehenti, solida autem submergenti (d) hæc immota manet, & nunqvoad nisi Conditoris jussu in Anarchiam relabatur, qvoad depressa emergit, interclusa respirat (e). Non ignotum mihi est sacro sanctum Veritatis nomen, literis minio rubentibus, multis opinionibus præfigi, qvoad facile largior ; Id saltim ago ut ostendam Veritatem in omnibus ômnino rebus radicatum obtinere imperium, ita tamen ut diversus ejus attendatur respectus & scientiarum limites non confundantur. Equidem non id mihi tribuo, qvoadsi omnia Scientiarum adita perspexerim, non tamen invita Minerva introrumpam, temporis Filia Veritas est, multis ambita nemini

nemini nupta. Exercitii igitur causa disquirere saltim de hac nobili materia placet. Tibi autem Æterne Deus qui Via & Veritas es supplico, discute intellectus nostri tenebras, cœcutimus ad Veritatis radios, illumina nostros oculos Fons Lucis, ut Veritatem indagaturis, Lux, Visus, Vires, à tuâ luce affundantur.

(a) teste Epicteto. (b) notante Joh. Gerb. *Vossio de ort. & progres. Idololat. Lib. II. Cap. LXXXIV. Urania inter Musas dicitur Ægyptiis Osiris: ubi etiam insignem locum Apulei vide. Lib. de Deo. Socrat.* (c) *Verulamius. A.S. Lib. II. p. m. 51.* (d) *Cic. pro Cluent.* (e) *secundū A. Gellium. in Noct. Att.*

Institutum itaque nostrum, anniunte Deo, persecuturis, apprimè utile erit, præmittere generalem quandam Protheoriam, quæ cum Veritatis Etymologia, ejus definitionem illustresque divisiones & affectiones complectatur, quam tractare incipiet.

§. I.

Veritatis ergo *ἔτυμον* quod attinet, uti in latinâ notum, ita in græcâ lingua *ἀλήθεια* descendit vel a non latendo (a) quod nunquam latere possit, tam in respectu Dei, cujus intellectus est omnis creaturæ Veritatis mensura, (quamvis Cartesius eam in voluntate ponat (b)) vel ab emanatione (c) quod omnibus rebus creatis infusa sit, non radicaliter sed participativè, quoniam ejus vestigium utique deprehenditur: Ebraeis *יָדוֹן* vel *יָנוֹן*, a nutriendo, & per consequens sollicitè fovendo dicitur. Gallicum quoque vel Belgicum synonymum, idioma Latinum vel Saxonium redolet (d). Ut autem pateat, quænam Veritas à nobis attendatur, subjectum tractationis nostræ limitandum venit: Non agimus hic de quacunque Veritate, quantumvis enim illa unica sit, bene tamen dividitur in Primariam, quæ est ipse DEUS, sibi ipsi maxime congruens, sigillum & mensura practica omnis bonitatis Creaturarum, idea omnis Veritatis (e). Veritas in DEO spectatur ratione essentialis, attributorum, scientiæ, operum, promissionis, (f), quæ posterior comprehendit veritatem in verbo, in promissionibus fidem. Secundaria, quæ nobis tractanda venit, Creaturarum est; Lucet enim in Creaturis earumque essentiali veritate, radius quidam perfectionis divinæ, quo una quæque res ad ideam Creatoris veritatem entitativam accepit. Hinc a triplici rerum indio, peracutè *Verulamius* fundamentum totius doctrinæ Philosophicæ desumpsit (g). Hanc transcendentalibus conceptibus invigilans *Metaphysicus*, corpore naturali perquirendo studens *Physicus* scrutatur. Cum autem quædam creaturæ quæ veritatem habent, sint ratione dotata, accedit in illis *Veritas Moralis*, quæ candidè agunt in commercio cum homi-

hominibus, in quo cum debeant conceptus suos communicare, opus habent verbis & signis ex instituto significantibus. In his ergo etiam debet *Veritas* attendi, quæ vel talis est in notionibus & conclusionibus, & appellatur *Logica*, aliquando sub schemate ad persuadendum apto prolata, est *Rhetorica* veritas, metris & numeris adstricta Poëtica vel Poëtæ est. Hanc veritatis speciem Eruditus Scriptor, secundariam lucem in divinæ & corporeæ lucis confinio sitam, appellat (h). *Veritas facti*, vel dubii declarandi, vel manifesti præmiis aut pœnis honorandi, aut in usum Reipub. accommodandi, *Politica* spectat. Vides quam latè Monarchia Veritatis sese extendat, quam omnibus rebus imperitet, tutissimum animi nostri turbis & erroribus jactati, receptaculum imo portus Veritas, nisi in errorum pelago sursum deorsum jactari velimus; satagamus cum Dardanidis: *Antiquam exquirere Matrem.*

(a) ἀλήθεια, ex α privativo ἔλανθάνω lateo. (b) Socrates ἀλήθειαν dici voluit quasi ἀληθίαν (c) in Resp. ad Sextam (d) la vérité e vel de Waerheit. (e) Jägeri Theol. Natural. & Clorzii: (f) Conf. Leonhardus Lessius Lib. II. de perfect. Divin. (g) de A. S. Lib. III. p. m. 189. (h) Rev. Pater. Nicol. Abrahami Lib. II. de Verit. & Mend.

§. II.

Veritatem autem abstracte spectatam & præcisivè ita describimus, quo consistat in conformitate rei ad intellectum, sive intellectus ad rem. (a) Intellectus hic a creato & increato præscindit, adeoque ad intellectum increatum quod attinet ille semper est practicè mensurans, quo sensu Veritas conformitas cum ideis divinis dicitur. Intellectus autem creatus speculativè & aptitudinaliter mensurat. Deus quidem est mensura, veritatis propriæ, quam etsi cogitando agnoscit, tamen non producit, Deus namque a se non est positivè sed negativè. (b) Omnis quidem veritas in creaturis deprehensa, ad intellectum divinum referenda est, a quo ortum trahit, interim tamen male dicitur, omnium rerum veritatem dependere a liberâ Dei voluntate, per quam etiam possit destrui, nam quædam veritas dependet ab ipsa natura Dei, cujus destruendæ potentia in Deo esset impotentia (c). Cognitio autem si propriè loqui velimus, non tam datur *veritatis* quàm *veri*. In omni enim re creata radium tantum videmus hujus veritatis, atque hinc omnis nostra cogitatio a signato ad signum, ab ideato ad ideam refertur: Hæc Veritas etiam bonitas audit respectu Creaturarum, quæ ita differt a vero, ut character impressus a sigillo imprimente: Hinc non abs re Vir ad miraculum doctus *Nulla datur in universitate rerum tam intima sympathia, quam veri & boni.* (d)

(a) Conf. Suarez. Disp. Metaph. VIII. Sect. II. p. m. 174. consentit Fonseca

in *Metaph. Lib. IV. Cap. II. Qu. VI. Sect. VI. p. m. 797.* (b) *contra Poi-*
resum in Cogit. Rat. aliosque Calvin. (c) *isti me docet Maxime Rev.*
Dn. D. Schomerus Praeceptor Colendiss. Coll. Contr. MSS. Loc. de Deo
§. XII. (d) F. B. de Verl. Lib. IV. Cap. II.

§. III.

Quamvis autem Veritas una sit, varie tamen ratione nostrorum con-
ceptuum dividitur, quæ tamen divisio non totius in partes, sed analogi in sua
analogata est: Sub illustres distinctiones notabimus. Veritas creata distin-
guitur in illam quæ est *cognoscendi, essendi, & significandi*, quarum una altera
prior, prioritate non naturæ sed ordinis. Altera enim fundatur in alterâ,
sed cum intellectus noster in clara distinctaque perceptione non nisi singu-
laria cognoscat, sinit etiam ille sibi essentiam priorem quam cognitionem de
ea suscipiendam, cum tamen simul esse possint. Veritas alia talis est, in *actu signato*, alia in *actu exercito*, quatenus mens nostra vel in cognitione ejus
acquiescit, vel ad usum illam transfert. Dicitur etiam vel *objectiva* vel
formalis, quatenus in conceptu vel objectivo vel formali per mentalem re-
servationem locum habet. Veritas cognoscendi dispesci potest, in *percep-*
tivam & judicariam. Posterior est perfectior quo ad nos, & per preceden-
tes actus nobilitatur. Porro est illa vel *intellectus* vel *rei*, in his primario,
in illo secundo est: Neque enim intellectus aliquam veritatem ex suo be-
neplacito fingit, sed illam demum in rebus inventam studiosè rimatur. Hinc
oritur porro distinctio veritatis in *complexam & incomplexam*, posterior da-
tur in prima mentis operatione altera in duabus, reliquis, hæc Scholasticis ve-
ritas in *simplici & composita apprehensione* dicitur, quam in activam & passivâ
respectu intellectus practicè vel speculativè operantis, distinguit, *D. Abra de*
Raconis Disp. de Propriet. Memb. IV. Art. II. p. m. 433. Veritas denique
signorum complectitur signa vel necessaria vel arbitraria.

§. IV.

Affectiones Veritatis quod attinet, illæ quoque dantur, & Monarchiam
hujus Regiæ mirificè illustrant. Primariæ sunt (I.) *Unitas*, hæc enim cum-
primis ad Monarchiam pertinet, quæ est, unius individui absolutum regimen,
neque enim Majestas potest esse penes duos sibi adversos, cum summa sit in-
civitate potestas, (a) Cælumque duos non ferre soles certum sit (b) si ergo ve-
ritas esse debet cum majestate imperans, debet esse una, cujus actus alterius
juri non subsunt. (c) Una est, ratione dignitatis & originis, a Deo & relationis
ad Deum, quæ nobis per operationem intellectus nostri sub certis limitibus
constituit. (II.) *Eternitas*: respectiva in Creaturis, collata ad idealem earundem
præ-

praesentiam in intellectu Divino, absolute autem loquendo veritas est aeterna quia nihil ea est prius, veritas quoque; existentiae divinae aeterna omnino est. Hinc eleganter Antistes Mussipontanus, (d) veritas adeo necessaria est, ut ejus negatio sese ipsam dissolvat, & negantem inextrecabilibus contradictionis laqueis implicet. Hinc (III.) *Majestas* quoque; se prodit, Monarchis familiaris, quae fundatur in dignitate summa, haecque; tanta est in veritate ut omnium rerum catena audiat: diffusa per omnes.

Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum.

Nullus ei obstat Monarchomachus, quin potius omnes ei sese subjiciunt: Secundariae affectiones audiunt, Jucunditas, Necessitas, Certitudo: Hic est partus quem tot lucubrationibus emit Philosophus, certitudo (Jucunditas enim manifesta est, imo Necessitas, ex eo, quod ideae divinae non praesentent copulationes contingentes) eaque non opinativa, sed certa: Haec *Cartesio* audit (e) *clara distinctaque perceptio quae tollit dubitationem*. Nimis autem confidenter supponit, nostras vires naturales, ad claram distinctamque perceptionem sufficientes semper esse, ex eo (f) quod Deus alias deceptor esset dicendus, si naturam falsum pro vero assumentem nobis dedisset, facultatem ergo omnem in suo genere perfectam esse (g). Sed quid videtur de hac sententia, an satis vera? dubito, Argumentum facile eluditur a sufficientia virium humanarum in statu integritatis concessarum ad statum lapsus argumentari velle N. V. C. Inverto itaque; Deus concessit, vires sufficientes ad cognitionem veri, ergo non est deceptor, nos autem eas amissimus, & adhuc haec facultas quam retinemus est perfecta in suo genere, omnibus tamen veritatibus cognoscendis insufficientis. Dedit sane aliquid Cartesius Jesuitarum praedictis. Non tamen ex illa negata sufficientia indagandae omnis veritatis, aequalis bonae mentis distributio negatur: Recta enim ratio est potentia eliciendi conclusionem veram ex praemissis cognitis, quamvis ergo hodie cognitio praemissarum sit imperfecta, nil id rectae rationi derogat, quia illa sita est non in potentia cognoscendi omnia, sed bene de rebus cognitis concludendi. Perceptionem *Cartesius* quidem pulchre describit, sed quae dentur ejus indicia raro addit, hinc ipsius *pullus & Seta* (g) inter sacrum & saxum haeret, unde certitudo cognitionis peti debeat, *cum mens tam a veris quam imaginariis affici possit*, tandemque confugit, ad revelationem divinam. Quaestio itaque redit in circulum, omnis certitudo dependet a perceptione sed unde perceptionis certitudo? Nec Mathematica quidem certitudo universae Philosophiae propria est, uti visum Cl. Viro (h) cespitamus enim & haeremus ad huc dum in principiis, quae tamen debebant

bant esse ἀξιώσιμα καὶ ἀντίσιμα. A certitudine philosophica multura defleatunt *Sceptici* hodierni, mihi placet dictum Aristotelis. Σοφὸν δὲ εἶναι πάντες ἀμείλιχον. Ὁυδεισοφία quoque Socratica, quid nisi laudis aucupium?

- (a) *Grotius Lib. I. de J. B. & P. Cap. III.* (b) *Curt. Lib. VIII.* (c) *Conf. Diss. elegantiss. de Capite Anno 83. habita Cap. II. p. 23.* (d) *Nicol. Abrahmi Tract. cit. p. 469.* (e) *Princip. Ph. Part. I. Num. XXX. 9.* (f) *P. P. Num. XXXIII. XL. Conf. Med. IV. Sc. ubi hominem vocat constitutum medium inter Deum & Nihil.* (g) *Henricus Regius Fundament. Physf. Cap. XII. p. 249.* (h) *D. D. L. Tract. de Philos. Cartes. Certit.*

S. V.

Spektata hactenus generali protheoria, ad specialiora devenimus, certitas sc. disciplinarum Classes, in quibus diva Veritas Imperium suum exercet. Dividi solent disciplinae in Theoreticas & practicas, priores spectant hominem congregatum cum aliis rebus, posteriores segregatum. Inter disciplinas quae spectant hominem congregatum primum se nobis offert *Metaphysica*, quae sub ratione Entis eum considerans sive *Regina* sive *Lexici Philosophici* nomine veniat (a) Veritatis tamen dominio sese subjicit, quamnam autem ejus formalis ratio sit hic disquirendum. Permulti quidem (b) autumant, formalem rationem Veritatis *Metaph.* consistere in conformitate cum intellectu, vel *Creantis* vel *efficientis*, quae tamen mihi sententia de Veritate abstractiva quidem placet, non autem de illa quae attributum Entis dicitur, quia omnis attributi absoluti ratio absoluta esse debet, haec autem respectiva est. Ego itaque salvam aliorum autoritate in eo consistere puto, quod *Ens habeat essentiam sibi debitam*: Hanc sententiam ulterius propugno, quia haec ut ita loquar essentiae debeitas, relata ad intellectus alicujus conformitatem, ea prior est, hinc ita argumentor. Q. attributum fuit ex alio illud non est absolutum sed respectivum, atque conformitas ad alterius intellectum est talis. E. non est attributum Entis absolutum. Min. prob. quia conformitas fuit ex intelligibilitate; Hinc pro mea opinione negativè infero quoniam conceptu illo essentiae debita nihil est prius. Consentit mecum *Svarezius* (c) dicens si aliter sumatur Veritatem fore attributum respectivum. Qui negat, duplici se incommodo involvit, cogitur enim Veritatem secundariis attributis s. respectivis Entis annumerare, deinde negare debet conformitatem non fluere ex intelligibilitate, quod duplex est absurdum. Vides itaque quomodo Veritas in *Metaph.* dominetur, & ita quidem

dem ut ei nulla detur in hac disciplina opposita falsitas. Nulla namque res est quæ non habeat essentiam sibi convenientem, propterea est vera & bona entitativè, quantumvis moraliter mala. Falsitas nulla inest rebus ad intellectum divinum relatis, sed omnis falsitas est in intellectu creato, res enim quæcunque vel etiam futuribilis, habet in respectu Dei veritatem eamque realem, quia fundamentum ejus relatio ad intellectum DEI est: (d). Falsitas reperitur in intellectu creato, quatenus veritatem rerum objectarum non percipit, habet enim ille se ad quamcunque veritatem percipiendam saltim *aptitudinaliter*: Hinc recte *Cartesius*, cum omnis Veritas importet conformitatem cognoscentis & cogniti, intellectus autem cum sæpe numero in tam arctum cum rebus commercium non descendat, ut veritatem attingat, falsitas sese exerit, quæ est *hesitatio* vel *ignorantia* indeque orta *vacillatio judicii*. (e).

(a) *Contrarium sentit Scherzerus Brev. Eustach. Qu. VI. p. 491. & probat. vel quintuplici ratiocinio.* (b) *uti Dabra de Raonis Metaph. Memb. IV. Art. II. Fonseca Instit. Met. Tom. I. Eustach. a S. Paulo in Philos. Quadrip. Metaph. Part. III. §. II. p. m. 75. Scherzerus Brev. Eust. Met. Qu. XLVIII. p. 538.* (c) *Disp. Met. VIII. Sect. VII. §. XXXV. p. 192.* (d) *Eustach. a. S. Paulo loc. cit.* (e) *Conf. Vir. Excell. Seligmannus Disp. de hesit. & dubit. Philos. it. Becman. Cap. IV. §. V. Moral.*

§. VI.

Excipit Metaphysicam *Pneumatica* disciplina nobilissima, in quâ non minus ac in aliis VERITAS ejusque cognitio, utrumque paginam facit, hæc quatenus competit spiritibus, subtilis omnino ac a sensibus remota est. Prætereo lubens veritatem quæ est in scientia & præscientia Dei, imo illam quæ est in intellectu angelico non attingo. Paucula sane & disquisitione non in digna de anima separata disquiram, *qualis nempe ejus circa objecta cognoscibilia, in cognoscendo veritas detur?* Intelligit utique illa separata vere (a) modus autem hujus cognitionis inexploratus videtur *Scherzero* (b), quid ergo si & nos eligeremus *ἡ ἐπέχειν*, inquiramus tamen pro virium modulo. Supponimus hic, animam intelligere in statu separato, (c) auferre etiam secum potentias suas & habitus, quamvis quidam deficiant quoad usum, v. g. potentia vegetativa, & generativa, quædam quoque mutantur etiam in meliores habitus, uti opinativus in certum. Ideas anima quoque rerum gestarum retinet, nec tamen in ea propriè viget *recordatio*, quia nulla intercessit *oblivio*, *novas* quoque; acqviret a DEO, quia multa cognoscet. E-

B

runt

punt tamen illæ *ideæ intelligibiles* in conservatione sua à phantasmatibus non dependentes, diversus enim *modus essendi* inferet quoque in anima, *diversum modum*, sine phantasmatibus, *operandi*. Notandum namque (a) *non omnem veritatis cognitionem necessario dependere a speciebus* (d) quia tum objectum immateriale erit *immediatè præsens*, idea autem sive species, est saltem quasi medium ad rem intellectui nostro præsentandam, quæ nobis tantum propter absentiam objecti necessaria est. Probabile est (β) *veritatis cognitionem in anima separata fore discursivam* (e), vestigia hic namque *Magni Viri* non invitus premo: Illam enim (1) non esse inconvenientem Spiritui, probat Angeli notitia experimentalis, quæ utique cognoscit per inductionem atque discursum. E. nec animæ. (2) Sphæra intellectiōnis perficietur quidem, sed non ad capacitatem usque infiniti, hinc omnis nostra perceptio quamvis clara & distincta, cognoscet *unum ex alio, unum post aliud*. (f). Nec obstat scientiam separatæ animæ vocari *comprehensivam*, illa enim ita dicitur ratione metæ, non ratione *objecti exhausti, sed subjecti* tantâ cognitione instructi (g). *Intuitiva ergo DEI visio*, non poterit præstare, ut cognitio animæ separatæ se extendat ad omnia particularia (g) *Ridiculus est Eustachius a S. Paulo* (h) *dicens, prohibere DEUM, ne anima separata certas res gestas, v. g. dolorem parentum in purgatorio, cognoscat*. Contra vel ipse *Thomas* (i) *anima, inquit, nesciunt, quid hic agatur*. De cætero quomodo hic Calviniani cum Pontificiis Syncretismum faciant, de animæ Christi reflexa cognitione disputantes, viderint Theologi (k).

(a) *Nisi id cum Platonice negare audeas: hinc Maro: Anima lethæi ad fluminis undas. Securas latices & longa oblivia potant*: (b) *Brev. Eustach. Qv. CCXL. p. 483.* (c) *Zeisold. Tract. de Anima.* (d) *Jägerus in Theol. Nat.* (e) *Dn. D. Gosmanni in Diss. de Viribus intellectus animæ separata.* (f) *Jägerus Loc. cit.* (g) *verba Excell. Dn. D. Schomeri in Coll. MSS. supra brevic. Scherzeri.* (h) *Physices Part. III. Tract. IV. Qv. V. p. m. 346.* (i) *Part. I. Qv. 89. cit. a D. Dorscheo in Conf. Verit.* (k) *Conf. D. Schomeri Coll. Antical. Cap. XI. Qv. 9. Obj. IV.*

§. VII.

Excurrimus jam postulante id ordine, in doctrinam de rebus naturalibus, *Physicam*, ubi veritatem latissimè imperantem offendimus, & quam vellemus ut investigaturis vires sufficerent, quo difficultates plusculè occurrentes superare possemus. Audendum tamen est, & Physices quoque veritas ab inanibus quibusdam subtilitatibus vindicanda. *Disquisitionis autem*

tem de mensura veritatis rerum naturalium, notandum est, veritatem illam dupliciter considerari, vel quatenus in rebus, aut in propositionibus est; Quæ in rebus obtinet, est conformitas rerum naturalium, cum lege Naturæ & per consequens Creatoris, in propositionibus occurrens, est convenientia prædicati cum subiecto, quæ constat sensibus & experientia indeque enatis, propositionibus & axiomatibus. Physicam non esse scientiam opinativam (l) proinde scientificè aliquid concludere posse, si consideretur Physicus, qui cognitionem habet ad scientiam sufficientem, (m) constat. Propositiones hinc Physicæ earumque Veritates in duplici differentia sunt, quædam simpliciter sunt necessariæ, quædam secundum quid, hinc necessitatis sunt vel absolutæ, vel mediæ, ex prioribus necessitas, ex alteris probabilitas resultat (n). Nec tamen ex veritate resultans certitudo in Physicis usque quaque erit Mathematica, Cartesius sane eum ob finem affirmasse hoc videtur (o) quia negatis formis in corporibus naturalibus, nihil deprehendit, præter situm & materiam figurabilem & mobilem, sed an in suis hypothesebus semper veritatem assecutus sit valde dubito, insunt sane accidentia propria cuius corporum speciei, ane etiam illa semper erunt mathematicè demonstrabilia? Non ab omni lapsu illum prospexisse sibi credo, qui diversos diversarum disciplinarum tractandi modos, nova methodo combinat. Cum utiq; non negandum sit, falsas etiã hypothesebus ita disponi posse, ut certitudinem mathematicam præ se ferant, attamen causæ cum effectu nulla sit connexio, uti ex opinione Cartesii de condito mundo, liquet. Dispicuisse hanc methodum Illustri Bacono, verba ejus testantur (p). Nescio, inquit, quomodo fiat, ut Mathematica & Logica, quæ ancillarum loco erga Physicam se habere debebant, certitudinem præ se ferentes, dominatum affectent. Ipsius quidem Sæctor & Favor (q) emollit hæc, methodum philosophandi mathematicam illam appellans, quæ nihil prætermittit, clara est, seorsim spectata cognitu facilis, bene, hæc Mathematico non soli propria, verum etiam aliis disciplinis, nec operæ pretium, omnia principia physica ad Geödetarum Elementa examinare. Sed hæc hæctenus ὡς ἐν πρόδω attigi, jam propius accedam tangamque controversiam insignem, de mensura Veritatis physicæ. De mensura non perfectionis sed cognitionis loquimur, nec operosè refellemus illos qui auctoritatem alicujus hominis, vel sacram scripturam, pro norma rerum physicarum venditavere (r), nec illi bene sibi & huic disciplinæ consulunt, qui idolis suis (s) ex consuetudine, aut errore & communi hominum notione ortis, mensurandi jus tribuunt. Apertam ergo sententiam proponimus, sensus collectivè sumtos, cum experientiã mensuram esse veritatis rerum naturalium.

(l) *Hanc sententiam Aristot. Heraclito, Laertius Pythagora tribuit.* (m) *ita limitat Arnold. Sengverdus Inst. Phys. Lib. I.* (n) *Sennertus Epit. Nat. Scient. Lib. I. p. 19.* (o) *Princip. Ph. Part. II. §. IV.* (p) *de A. S. Lib. III. 250.* (q) *D. L. de cert. Ph. Cart. eumq₃ appellat. Musarum Herculem.* (r) *Amosum Comoënum.* (s) *F. B. de Verul. Nov. Orig. p. 50.*

§. VIII.

Sed nunc in statu standum & sine missione pugnandum erit, pro veritatis physicae norma. Certamen mihi ineundum est cum veteri Myrmillone Gallo Cartesio, qui hic pugnatoris mihi armis obviam procedit, & veluti Retiarius suis me subtilitatibus constringere cupit, gratulabor ergo mihi, si impari pugna congressus, tecto latere discedam, spero tamen utique me non invito lectore pugnaturum. Altius autem res repetenda. Disputaverat prolixè Cartesius (t) de vero & falso, & de veritate rerum existentium (u), negaturus utique meam Thesin, sensus esse normam rerum physicarum, duplici fragore detonat. Fundamentum autem asserti sui sumit a fallibilitate sensuum, quam probat ab experimentis (w), unde concludit *decipienti non est habenda fides, sensus me decipiunt.* E. sensibus non est habenda fides. Respondeo ad instantiam experimenti & ita res erit clara. Manemus in fallaciis visus, certum est, illum sæpe falli, verum non ex se, sed ex culpa objecti, vel nimis fluidi, motum radiorum eludentis, vel nimis crassi, agitationem inhibentis globulorum aetheræorum, vel nimis distantis, unde non potest sufficienter percipi. Ita in exemplis ibidem allegatis non evincitur, visum quatenus *sensum*, sed *rem quatenus sensibilem* esse *causam erroris*, quod verbi causa, turris quadrata, appareat a longinqvo rotunda. Minor quoque argumenti propositi negatur, *natura enim nunquam decipit per sensus*, quia est secundum autorem, *complexio omnium a DEO datorum*, inter quæ deceptio non potest numerari. Nec sensus quidem decipit quia sensus, omnis enim sensus perfectio est, nec dicitur quando rem extra sphaeram activitatis suæ positam, non distinctè apprehendit. Uti enim non est fallacia intellectus, quod non cognoscat omne cognoscibile, ita nec fallacia visus est, quod non videat omne visibile, quod ad reflectionem radiorum faciendam non est satis propinquum, a fallibilitate ergò sensuum ad concludendam perpetuam eorundem in mensurandis rebus falsitatem, N. V. C. Mensura E. rerum physicarum utique etiam erunt *sensus externi, objecto proportionato debito modo intenti*, ut ita simplicem veritatis catenam, etiam in compositis assequantur. Sed praesto est altera ratio Cartesii, quæ acrius

insur.

insurgit, ceu turbine concitus amnis, petita a natura sensuum, (x) argumen-
 tum ex ejus verbis in formam redactum, tale erit. *Q. a natura tantum da-
 tum, est ad significandum quod utile est composito, illud non potest esse norma
 rerum extra nos positarum. Atq; sensus tales sunt, E.* Achilleum hoc argumen-
 tum videtur, sed minus acriter ferit, nec putet quis hanc argumentandi rati-
 onem novam, ob quam jam tum *Cardanus a Scaligero vapulat* (y). Sed ut
 recta fronte obviam eam, major sumitur non probatur, & id quod in quæsti-
 one est probationis loco adducitur, falsum ergo est sensus saltem eo ordi-
 natos ut videant quid corpori profit, cum & illis usi, teste Apostolo *ῥῶσιον
 ποιημάτων τῷ Θεῷ* habeant, vides ergo non tantum sensus prodesse suo
 composito ad cavendum, verum etiam ad cognitionem Veritatis, quæ &
 ex sensuum perceptione tanta fieri potest, ut Deum agnoscat. Sed ore quæ-
 soq; si sensus tantum ostendant quæ profint composito suo, quid oculi offer-
 dunt si contemplamur cælum astriferum, cavere jubent credo ne præaltâ fe-
 rias fidera vertice. Sciendum ergo, ad solvendam minorem, sensuum
 perceptiones non solum indicare quæ sint suo corpori utilia, vel sese *habere
 instar baculi in manu coeci* (z) verum etiam ad percipiendum & cognoscen-
 dum aliquid conferre. Hinc quivis videt, *quicquid ad percipiendum a Deo
 datum est, posse etiam esse normam rerum percipiendarum, atq; sensus E.* De
 cetero miror quare certitudo abs Cartesio *internis* tantum tribuatur, cum
 nihil in eis sit quod in externis sensibus non fuerit, nihil ergo iis debuisset de-
 trahi, quoniam perceptioni inserviunt. Degenerat sensuum certitudo in
experientiam, quæ sapienter equalia ab inequalibus distingvimus (yy) & ita
scala Verulamii ascensoriâ & descensoriâ utimur (zz). Superpondij loco
 addo, si sensus externi non sunt mensura veritatis in cognoscendo, & medi-
 um ad eam percipiendam, *quare DEUS se iis revelavit?* aut enim illi medi-
 um fuere veritatis percipiendæ, sufficiens vel insufficiens, non posterius E.
 prius. Quæro porro, quomodo certus esse possim, scriptores sacros, quia
 scripserunt quæ audiverunt vel viderunt, omnia accuratè percepisse, quæ
 sensibus externis cognoverunt, nisi sensus fuere medium ad percipiendam
 veritatem? *latet anguis in herba.* Abripimur aliquando cogitationum æ-
 flu, ut illud Euryali in nos quadret: *Sua cuique Deus fit divi cupido.*

(i) *Medit. IV. (u) Medit. VI. p. 45. verba sunt: cum viderem me ad ea
 impelli a natura quæ ratio dissuadet, non multum putabam fidendum il-
 lîs, quæ a naturâ docentur: (w) Fallacias ejusmodi eleganter expri-
 mit Ausonius, Tota natant crispis juga montibus, & tremunt ab-
 sens.*

sens. Pampinus, & vitreis vindemia turget in undis. (x) Medit.
 VI. Verba sunt. Videor ordinem Naturæ pervertere, quia sensuum
 perceptionibus, quæ à natura datæ sunt ad significandum, quid nam
 compositio commodum sit & eatenus sunt claræ & distinctæ, utor
 tanquam regulis de corporum, extra nos positorem essentia. (y) Jul.
 Caf. Scaliger Exercit. 296. Contra Card. (z) Regius in Fund. Physf.
 (yy) Mart. Scoockius in Physf. Gen. p. 17. (zz) de A. S. Lib. III.

§. IX.

Devenimus nunc ad illas disciplinas quæ spectant hominem segre-
 gatum, ubi primum offert sese nobis *Logica, ars incluta judicandi*, & veri-
 tatis quasi Metropolis, ubi illa cum imperio omnibus rebus jura dare debe-
 bat. Hæc autem vix sibi similis, situ ac squalore horrida, adeo ut Scyllæam
 fabulam ad vivum exprimat, prima fronte pulchra in portentosas & latran-
 tes quæstiones definit. (aa) Non pauci sunt qui hanc præ sese ferunt artem,
 per quam *nimum sapientes desipiunt*. Hinc *Scholasticos* pugnare videas pro-
 titulo *Doctoris Resoluti* (bb) hinc orta barbara *Quodlibetiariorum Secta*,
 (cc) quod sine dubio exinde contigit, quia non rebus sed terminis inhæren-
 tes, ingeniosæ subtilitatis nomen quæsilere, ideo ingenium ipsorum satis
 acre, ex magno materiæ quasi flamine, telas doctrinæ composuit tenuita-
 te admirabiles, usu inanes (dd). Ita ergo factum ut *Veritatis atrium* in *So-
 phistarum cryptam* mutaretur, veritasque ipsa in sua sede quæretur. Pulchre
 proinde dicitur (ee) *Logicam multa habere verissima & optima*, multa ta-
 men illis adjuncta esse vacua & noxia, quæ separare non minus difficile sit,
 ac *Dianam e rudi marmore exitare*. Agedum ergo, manum moveamus
 cum Minerva, non patiamur Logicam pessumdari, sed hic natatore Delio
 exosa, quid juvabit integra lustra aridis quæstionibus terere? dediscere ne-
 scia indoles, in brevibus & fyrtes agitur, ibique aut undis viam dat aut infelici-
 ter hæret. Manet tamen Logicæ suus honos, quamdiu manet veritas. Equi-
 dem mirari satis non possum, quare *quidam compendiorum Logicorum au-
 tores*, in definitione ejus *opinionis* meminerint, non est sane finis ejus inducere
 habitum opinativum, sed scientificum, quia iudicio per veritatis perceptio-
 nem confirmato, necessario opinio abest. Nec obstat Topica, illa enim non
 est opinativa sed conditionatæ Veritatis, hinc *Syllogismum* pro *sine adæqua-
 to Logices* non agnosco, quia ille est tantum instrumentum inveniendæ ve-
 ritatis (ff). Non placet illa *distinctio Logices in docentem & utentem* quia
 male

malè illud applicatur disciplinæ, quod operanti circo eam convenit. Verissimum autem est, Logicam operationibus mentis dirigendo præsidere, ut ad veritatem pertingant; ex apprehensione ergo & iudicio Logica constat, illud autem cum sit vel *noeticum* vel *dianoëticum*, (gg), vel *enuntiativè* vel *discursivè* aliquid colligit, hinc emergit veritas *consequentis & consequentia*. In apprehensione utimur terminis seu vocibus ex instituto significantibus, sed illarum quoque intemperie laboramus (hh) hæc sunt illa idola seu non convenientes notiones, ita corticesvolvendo medullam negligimus. Recte *Cartesius*, *voces notionum tesserae, termini notionum anime*, quomodo eluctabimur, error est digestionis primæ non facilè corrigendus. Interim termini legendi ut intelligantur, non intelligendi ut imitentur, docente *Scherzero* (ii) *omnis namque error socialis est, vix solitarius* (kk) Perceptio autem ut fideliter assequatur, attendendus est ordo prædicati & subjecti copulandi, hic error facile committitur, ob ignorantiam nostram in natura rerum, per quam sapius prædicatum informe cum subjecto infeliciter copulatur, in enuntiatione ergo non materiale tantum verum etiam formale attendendum. Ex hac itaque *simplici Veritatis catena* prodit *Syllogismus*, quando per applicationem mediæ probantis, per legitimanam terminorum dispositionem, notior veritas elicitur, brevibus, est *per medium iudicatio* (ll) Natura mens amat certitudinem, quæ a dubitationum fluctibus pulsata, hunc portum petit. Hæc est linea tot, subtilissimis ingeniis trita & attrita (mm) quæ debet esse cognitionis nostræ basis, & elicitur per consequentiam de qua jam non disputamus. Sed hic *syllogismus in sophisma* degenerat & *Sophista elabiturque celer falsum formatus in angvem*, sed præluceat hic nobis *Anglicanum sidus*, (nn) qui *differentiam inter Oratorem, imo disputatorem & Sophistam* ponit, *Sophistis* credo malè placituram, *præstare* dicens illos, *tangvam lepores cani venatico, non cursu sed flexu*. Sed scribenti mihi aurem vellicat controversia, an *Logica naturalis non indigeat artificiali*? Aff. Contradicit Vir Eruditissimus *Gassendus*, fundamentum ponit in Naturæ solertia, ut quisque per se faciat quod necessarium est (oo) Quantum concernit hanc argumentandi rationem, largimur, naturæ solertiam extendere se ad omnia danda quæ sunt necessaria, *necessitate exigentia* non autem *expedientia*, quam confert Ars; Idem ac si usum speculi ustorii dissvaderem, quia natura dedit ignem, sed speculum illud, ignis motum in distans continuat, & flammivomarum particularum condensata agmina, longissimè emittit. Instat, ex syllogismo nihil veritatis accedere rebus, quoniam v. g. de ratione aeris quantumvis ego illum corpus sub-

tile

tile esse logicè concludam, tamen consulendus sit physicus. Nec opus est, respondeo, Logicam tanquam Ramæum chaos, omnes Veritates rerum continere, sufficit quod in ea detur rebus annexa, & consecutiva Veritas (pp)

(aa) Teste Verul. A. S. Lib. I. 43. (bb) Vid. Gisbert. Voetius Part. III. Diss. Select. de docta Ignorantia. p. 681. (cc) quos κενσφύζατας nominat. Erasmus in Encom. Μωϋϋας (dd) F. B. de Ver. l. c. p. 42. (ee) Renatus de Cartes. de Meth. p. 42. (ff) Conf. Scherz. Brev. Eufiach. Qu. XII p. 10. Conrad. Hornejus. Jusit. Log. Diss. de Nat. Log. variosq, Prophyrum, Scorum, Dorbellum, Toletum, &c. citat. ibi (gg) Regius Fund. Phys. Cap. XII. p. 289. (hh) conf. Corholtii Diss. de Philos. ancill. (ii) diss. ejusdem inaugurali. (kk) monente Voetio Diss. de Errore & Heres. p. m. 800. (ll) Nov. Org. de A. S. Lib. IV. (mm) Idem dicto l. plura cumulat pulchrè dicta, (nn) de A. S. Lib. V. 363. adde Bobemii Tract. de Solut. Arg. Soph. (oo) Gassendi verba in Exercit. paradox. Lib. II. (pp) Conf. C. H. Sandhagens, nunc Superintendentis, Exercit. de Util. Logices, Gassendo oppositam.

S. X.

Pandunt jam nunc sese nobis *Philosophia Moralís* atria, ubi ipsa quoque Veritatis doctrina utramque paginam facit. *Practicè* enim hic debet esse imperans, quia finis ejus est, *affectus ita componere ut rectè rationi militent*. Veritas illa quæ in Ethicis obtinet, media via inter simulationem & mendacium incedens, *Veracitatis* (qq) nomine venit, omnibus sanè hominibus expetenda, sed jam ad incitas redacta, ubi per mores seculi *mendacium & simulatio*, credulas aures vanissimis susurris implent, prorsus ut *Italico adagio*; *Nummorum, Prudentia, Fidei, semper minores inveniuntur rationes, quam patres*. Oritur hæc Virtus ex Sinceritate, habetque fundamentum in Amore Proximi, quem vanis verbis ludere, aut eidem technis suis nocere velle, religio probo homini esse debet. Sed desideranti mihi veracitatem in commercio cum hominibus investigare, occurrunt nil nisi mera mendacia; Usque adeo verum est Magni Viri effatum: *Frons, oculi, vultus sepe mentiantur, oratio vero sæpiissimè*. *Veracitas* hæc consistere debebat in *conformitate verborum & conceptuum, cum intentione proferentis*, versatur ergo circa signa ex instituto significantia, eaque tam interna quam externa, quatenus exquenda, continet in se Veritatem promissionis, & facti, *omnis enim consensus testatus verbis, est vera obligatio*. Sed nunc contra versipelles Impostores Phila

Philatethe causam Veritatis suscipe, qui eidem subtilibus fatis amphibolarum & æquivocationum laqueis, nocere satagunt, fabricant, has, *Retiaque & laqueos, quæ lumina fallere possunt.* Nos vero, ut Veritatem satam tectam adstruamus, descendemus in illam quæstionem, *An Mendacium aliquod Naturæ licitum sit?* Mendacium autem est *voluntaria falsi enunciatio fallendi causa* (rr), dicitur etiam, *ostentatio Verborum aliter, quam significant* (ss) vel *falsa significatio cum intentione fallendi* (tt) Generaliter est *testimonium falsum*, specialiter (uu) *Enunciatio fallendi animo falsa prolata.* Supponimus quidem hic omnino contra *Indifferentistas* (ww) & *Pseudo-politicos* (x.) dari aliquod vitium Mendacii natura non opinione tantum malum, (2.) Mendacium non esse *ἐκ πᾶν μέσων* seu indifferens, quia omnis defectus est vitium (3.) hinc nunquam esse licitum (xx) ex quacunque intentione. Distingvimus tamen inter illum, qui *assertivè* vel *relativè* falsum dicit (yy) inter mendacium *ignorationis* & *prave dispositionis*, inter id, quod tale est *κατ' ἀγνοίαν* vel *κατὰ προαίρεσιν* (zz), inter illum qui *proprie* vel *interpretativè* mentitur. Mendacium est vel *cogitantis* vel *significantis*, cujus formalis ratio consistit in fallendi studio, habetque actus talis *illegalitatem & turpitudinem intrinsicam.* Non possumus assentiri *Grotio* (a) qui illegalitatem mendacii ex alio fonte deducit, à *violato nempe pacto humani generis*, unde oritur obligatio dicendæ Veritatis, quia ita loquens cum homine parum prudente vel infante, liberè poterit mentiri, deinde cogitationibus, quibus utique proximo non obligamur, liberè poterimus fallere, cum tamen in omni Veracitate, veritas significantis & rei significatæ convenire debeat. Hæc Veracitas facillè obtineri potest, quamvis enim rem falsò percepseris, dic, uti percepisti, & dixisti veritatem perceptionis tuæ, non tamen statim rei. Cum autem etiam illud dubium occurrat, *an Mendacium detur in cogitationibus?* Aff. propter arctum inter *λογὸν προφορικὸν καὶ ἐνδιάθετον* vinculum; Format omnis locuturus in mente sua, sermonis nexum, penetrat conclusionem proferendam, quamvis ergo *νόημα* minus sit congruum, respondeat saltim *νοήματι ῥῆμα*, & fraudis reus non eris. Hæc enim imprimis dominatur in secunda & tertia mentis operatione. Hinc ergo prima mali labes, sane si verba, quæ cogitationum foetus sunt, mentiuntur, quomodo cogitatio, quæ illorum parens est, à mendacio erit immunis? *Mendacium in significando* committitur, circa *signa* vel ex *instituto significantia* vel *arbitraria*, prioris generis sunt verba & promissiones; Accommodanda ergo sunt, verba rebus & facta verbis, quod ut fiat, non est sophisticandum.

C

Invol-

Involvitur nonnunquam naturaliter æquivocatio in terminis, & in notionibus amphibolia, limitatio etiam nonnunquam implicita, sed hæc, si non proponantur fallendi animo, toto genere abhorrent, a *Jesuiticis reservationibus mentalibus*, eorundemque æquivocationibus, quæ veritati directè frontem opponunt. Acutè sane dicitur (b) *adeò imbelle mendacium esse, ut nihil possit, nisi sub veritatis specie*, contradicunt certe hic Jesuitæ Jesuitæ (c) æquivocationem *principium confusionis Babylonica* appellantes, & ipse *Thomas* (d), si concurrant falsitas enunciationis & Voluntas falsum enuntians, perfectum mendacium est. Viderint ergo, quomodo sese excusent *Petrus Soderini* (e) & *Macarini*, alteri, duabus sellis sedere, alteri, verborum suorum *servum non esse*, honestum videbatur, vox sane *Pseudopolitio* digna. In omnibus porro promissis, sive fide jubendo, vadando, emendo, stipulando, mutuando, & similibus rebus contracta obligatio servanda est, hoc namque *juris vinculum omnium Civilium contractuum anima est*, sine societatis periculo non violandum. Argumentum ergo, pro negando mendacio, fundatur in læsione juris divini & humani. Quid de mendacio jocosò habendum? tolerabile est si neminem lædat, quod tamen faciunt acuta dicteria, quæ sapius jactantur, interim omnis hic sermonis *εὐχέλτης* Christiano cavenda. Quæritur, an sit dicenda veritas, si sequatur periculum alterius? posse illam occultari, si inquirens non lædatur. Quid videtur, ergone veritas promissi laironibus præstita sit servanda? aff. si sit circa res in potestate nostra sitas, rationibus *Cl. Veltbenii* motus, mendacium enim nunquam patritur sine læsione conscientie. Si deinceps coronidis loco inquiramus, an complementa etiam sint mendacia? Resp. officiositatis quidem munera esse debebant, sed jam sunt apud plurimos prætexta fraudi species & *πὸ κρυπῶδε ἀρετῶν ἐν πανουργίᾳ*, quia eorum si moderatior usus foret, non utique desperandum foret, Germanicam fidem, diu Patria pulsam, aliquando revocandam postliminiò esse. Longius hæc prosequi instituti nostri ratio non permittit. Consule si placet Theologos & Casuistas (f) nos, *Moniti, meliora, sequemur.*

- (q) Una harum ab altera differt. Conf. *Keckermanni Syst. Eth. citante Saggittario in Exerc. IX. (rr) Augustinus Lib. I. de Mend. ad Consent. (ff) Becmann. Moral. Cap. XIII. (tt) Juris Canon. XII. q. 2. (uu) Amesius Cas. Consc. Lib. V. Cap. LIII. (ww) Caramuelem Cameronem Sc. Conf. Scherzer. Qu. Moral. XLVI. (xx) contra Cassianum Eustratiumque. (zz) Vid. Horneji Exercit. Moral. Lib. III. Cap. X. (yy) Consiste Réve-*

rum in *Prælect. ad Decal.* (a) *Lib. III. de J. B. & P.* (b) *Meisnerus Phil. Sobr. Part. III. p. 517.* (c) *Malderus Episcop. Antwerp. & Joseph Barnesius de abus. Restrict. Ment.* (d), *Secunda, 2. qu. no.* (e) *Cit. Clapm aro de Arc. Reip. Cap. VIII.* (f) *Duntium Decis. Cas. Consc. Qv. 104. Arnold. Mengerig. Scrut. Cas. Consc., Walaum Op. Theolog. Tom. II. p. m. 287. Gomarum Tom. II. Op. 251. &c.*

§. XI.

Sed, ne *Politica* plane intactam relinqvamus, ejus quoque penetrabilia ingressuri sumus, sed non sine *Mythagogo*. Uti *mendacium* in *Ethi-*
cis, ita *simulatio* in *Politicis* obtinet, adeo jam temporis vulgaris, ut cuius pro
vitæ regula sit, simulando fallere. De statu regiminis notum est, qui *nescit*
simulare, nescit imperare, propterea *Tiberius* artifex dissimulandi simulandiq;
appellatur. (a) *Prudentis* est frontem aperire, mentem tegere, nec inimi-
cum prodere animum, *habita namq, fides plerumq, obligat fidem* (b). Non
illicitæ sunt omnes fallaciæ politicæ, an ignoras *Prudentiam mixtam* lo-
cum habere summum; *quid est simulatio? ostentatio rei aliter quam est* (c),
quid obstat, si rectam portum obtinere non possis, mutata id vellificatione
facere? *Fraus Politica* (Cl. Viro dicitur *argutum consilium, à virtute aut le-*
gibus devium, Regis Regniq, bono, cautionem tamen addit insignem, ne
quis libero nimis pede divagerur. (d). Nos quidem arcana regiminis jam
non scrutabimur, interim arbitramur, legi divinæ & Politicæ advesari ejus-
modi simulationem, quæ damnum intendit proximi: *Abominatio namq,*
DEO est omnis illusor (e). Ipsa Scriptura S. nobis ansam disqvirendi dabit, ubi
exempla quædam simulationis illustria examinabimus: JOSEPHUM hic
in profcenio constituimus, Aulicarum subtilitatum Magistrum, quem satis
mirari in hoc simulandi dissimulandiqve artificio non possum, egegrios
quippe in hoc Gymnasio diffidentia, videtur fecisse profectus. (f) Loquitur
contra mentem, agnitos, vocat exploratores, jurat in re falsâ per Pharaonis
salutem, non per DEUM (g) multa deinde mendacia addit, de Scypho sus-
furato, & per divinationem repetendo. Quid tibi videtur, an per omnia id
potest excusari? Multi sunt Viri, qui hanc Josephi simulationem excusant,
etiam juramentum ipsam dicentes, non fuisse *juramentum religiosum, sed*
tantum *assererationem quendam politicam, uti juramus, per reputationem &*
fidem nostram (h): Ast non sane ab omni culpa immunis est, per salutem
namque Pharaonis juravit, vel per modum *execrationis*, vel per modum
contestationis, utrumque est illicitum. Erat quidem adulantium mos, ju-
rare per *Genium Imperatoris & Cæsarum*, nunquam autem ita jurare fide-
les

Gen. 42, 15, 6.

les (i) ipse Peirerius peccatum infirmitatis vocat, & Calvinus ad h. l. simulatione hac eum peccasse, diserte ait, & quamvis dicatur, esse comparationem unius veritatis ad aliam (k) subticetur tamen obtestatio, jurare quoque per Creaturam, & in re manifeste falsâ, utiq; non est licitum. Nec ipsum potest excusare bona intentio, quamvis enim simulate agat, tamen agere ex intentione putatur, ab adstantibus, quid dicam de poculo, de quo Ægyptius, in hoc Dominus meus augurando auguratur, sed emollit hæc verba alius, distinctè illa explicans, observando observabit (l) alius de divinatione divina, sed melius de sagacitate naturali explicatur. Nec eum focosum dixisse mendacium, satis excusat, modus hic inquirendi veritatem, fuit, ut docte Peirerius loquitur, Vexatio Aulica nimis periculosa & seriosa. Aliud exemplum simulationis videmus in DAVIDE, qui per simulationem vitæ suæ consuluit (m) Pulsus erat aulâ, intuta videbatur apud Gethæorum Regem Achin sedes, delirabat igitur, quantumvis prudentissimus, immutabat sermonis accentum, imo ipsum vultum, gesticulabatur manibus, quasi pingeret, & insanientis gestus ad vivum exprimebat. Quæritur, an hoc factum satis excusari possit? Apud Livium hoc nomine insignis est Brutus, qui per viginti annos stupidum se simulavit, David verò planè sese insanum exhibet. Excusatur hoc factum à plurimis, eo quod error hostium, quem cavere non tenebatur, fuerit averruncatio periculi (o) additur, egisse eum contra honestatem, non autem commodum proximi, singulari commotum necessitate, factum id absq; læsione aliorum. Plura non addo: Insecuturo tempore, si vita superfuerit, peculiaris disputatio hanc prosequetur doctrinam; nunc finimus dicentes

DEO GLORIAM!

- (a) Svetonius in vita ejus. (b) Livius Lib. XXXII. (c) Bezman. Cap. XIII. Moral. (d) Lipsius Civil. Doct. Lib. IV. Cap. XIV. fraudem hanc dividit in levem, mediam, & magnam. (e) Proverb. III. perverstatem illius hic intelligi, probat Cl. Bohlius In Ethica Sacra Disp. IV. 63. verba hæc de κακοζήλια explicans, adde Cartwrightum. (f) Genes. XLII. XLIII. (g) Juramenti forma, חַי פְּרַעוֹ LXX. reddunt ἢ Παρὰ τοῦ ἡθὺς ἡγείαν Παρὰ τοῦ. Gentile juramentum, erat hoc præter morem Judæorum, quos Martialis in Epigr. jurare putet per Anchialum i. e. אִי חַי עֲלֵיוֹן, non vivit excelsus? (h) ita Pruckner in Vindic. Walth. in Harm. Paræus Comment. in Genes. (i) Tertull. in Apol. (k) Rivet. in Com. ad h. l. (m) Cajetanus citatus à N. A. in Quest. Pharo. (n) I Sam. XXI. (o) Meisner. Part. III. Ph. Sob Brochmann. Tom. II. Syst. Th.

Adferit hęc fallum vario molimine: Sed **VOS**
Inaperium VERIS adseruisse iuvat.
Imperitat merito VERUM, conficta labascunt,
Putida falsa, Bonis non nisi VERA placent.

Quid melius VERO? Fallo quid turpius? aut his
Quid promachis VERI clarius esse potest?

Disperant fuci, procul hinc simulata facessant,
Nec juvet effictis fallere VERA dolis.

Non breve permittit VERUM *producere: Curtum*
Hanc metamorphosin respuit, atque *moras.*

Si *disputatum* scribas, frustrabere: quod si,
Quod dissertatum, non nisi vera dabis.

Haut placet innocuas Operas, & prela notare,
Inque typos culpas exonerare suas,

In caput autoris recidant peccata, notentque
Qvem decuit melius præmeditata loqui.

Sæpe manus oculos, calamus prævertere mentem,
Sæpe solet præceps imposuisse labor.

Pluribus intentum facile *Cere*-dividitur-brum
Dis-mentemque-*trabunt* accumulata nimis.

Interea vos state viri, defendite VERUM,
Vincite, victores digna corona manet.

Falsa, precor, prostrata cadant, & vera triumphent,
Sic dissertatum rite fuisse puto.

*Quibus clarissimo Domino M. Præsidi, & doctissimo
Domino Respondenti, desideratissima veritatis
imperia pro virili amplificaturis gratulatur*

FRANCISCUS WOLFIUS,
Theol. D. & P. P. ad D. Mariæ Pastor.
hodie Acad. Rector.

Ad

Clarissimum & Præcellentem

DN. M. JOACHIMUM LINDEMANNUM, Rostochiens.

Cum ille d. 12. Mart. 1685.

ORATIONEM

DE LITERARIA ARTIUM VENATIONE

cum applausu habuisset

Et seq. d. 21. Mart.

DISPLI-

DISPUTATIONEM PHILOSOPH.
DE VERITATE IMPERANTE

PRÆSES habiturus esset.

I.

LINDEMANNUS. *Anagr.* MEL INUNDANS.

Quid verbis opus est? Te MEL res clamat INUNDANS
Mellifluusq., probat *Sermo* subinde Tuus.
MELLE DEI fata sacra dehinc ORATOR INUNDES:
Semper INUNDETUR pectus amore DEI!

II.

TU VERITAS. *Anagr.* SERVIAT.

Tu *Veritatem* dicis *Imperatricem*,
Quæ serviens mihi videtur Ancilla!
Sic diffidemus; nec tamen repugnabo •
Nec Tu negabis, mentientium turmâ
Premi frequenter *Veritate* nitentes.
Hæc *servit* ergo, *falsitas* tenet fasces.
Sed gratulor, qui *Veritatis* excelsam
Laudas coronam, PRÆSES, hac honorandus
Et laude *Veritatis* usque laudandus,
(Ceuprædicaris jure, nuper ORATOR
Venationes Artium quod ornâris)
Et opto, laus hæc *serviat* Tibi semper,
Solidæ saluti commodoque Te *servet*!

III.

VERITAS. *Anagr.* AVERTIS.

Hei *Veritas* Cultoribus quid *avertis*?
Mundi * favores, hosque prorsus *invertis*,
Suâ DEUS quem *Veritate* *convertat*,
Tibi favores, Clare Præses, *advertens*!

* *Veritas odium.*

LMq.

A. D. HABICHHORST, D.&P.P.

FCtatis suæ h. t. Decanus.

Ceu ceterorum gloria siderum
Sol, unus isthæc dirigit arbiter,
Huic universo prævalentes
Dans faculâ potiore flammâs;

Sic

Sic una cunctis eminulo gradu
 Scientiarum luminibus præest
 Augustior lux *Veritatis*
 Concilians jubar irretortum.

Hæc enitescens fax decus aureum
 Conclusionum lumine candido
 Illustrat, ut mox dissipatæ
 Diffugiant dubitationes.

Hoc anteaacti pristina temporis
 Decreta poscunt, *veridicus* fiet,
 Et luce *veri* parte ab omni
 Panosophicus radietur axis.

Sed *veritas* sit, non *feritas* levis,
 Plaudente gaudens ambitiosius
 Vulgo tepentem vendidisse
 E creperâ ratione fumum.

Vos, Eruditi, quævis sapiens sedet
 Mens, *Veritatis* postibus artium
 Encycliarum præsentis
 Publicitus sonuisse jura,

Insigne seculo dulcequæ posteris
 Docti laboris pegma relinquitis,
 Quo sub potentis *Veritatis*
 Vos labaro meruisse constet.

Non vultis ullo nomine quàm sacro
 Hoc *Veritatis* percelebrarier,
 Vultisque nullis vos tueri
 Præsidis nisi *Veritatis*.

Quæ *Veritatem* comit adorea,
 Caliginoso vividior rogo
 Vobis paratur, Vosquæ dignis
 Perpetuò recolet triumphis.

ENOCHUS SVANTENIUS, P. P.

Lux est in *Verò*, *Verum* cum Luce triumphat,
 Et tamen in *Verò* Luce subinde cares.
 Nempe fugit nostros oculos Lux abdita *Veri*,
 Quæ nexûs rerum cognitione micat.

Hic

Hic res sudoris, rerum cognoscere nexum,
 Quem formant causæ constituendo Bonum.
 Ast felix audit, qui sic scrutatus ubique
 Est Lucem Veri; Pectore tutus erit.
 O Vos felices! qui jam conscenditis arte
 Docturi Verum pulpita docta palàm.
 Lux Veri Lucem Mentis comitatur in ore
 Jam vestro; Lucis sic bona rite fluunt.
 Luceat ergo diu Veri Lux fulgida Vestra
 Illustri vitâ prosperitate sua.

*Hisce paucis, ast prolixo affectu, Clarè disputantium,
 Amicorum suorum integerrimorum honorem au-
 gere voluit, debuit.*

JOACHIMUS OTTO, Bern. M.

1336. 1320. 1239. 1638. 210.
 DOMINUS ULRIC. FRIEDERIC. OTTO. M. (5743.)
 Per paragramma * subtractâ dyade

1051. 1656.
 VERA PETENS
 1488. 1546. (5741.)
 SUMMA PETIT.

Ascendit summum levitas, petit æthera flamma,
 Nec benè sub tecto flamma latere valet.
 Ast animus multo levior tuus igne videtur
 OTTO, dum VERUM, SUMMAqve laude PETIT.
 Pergito sic, verumqve in te depinge Parentem,
 Familia, doctis perge placere viris.


*His paucis gratulatur Doctissimo Dn. Respond. amico
 suo integerrimo, interqve paucos charissimo.*


AUGUSTINUS BOSS/
 Wolgast. Pom. S. S. Th. St.

Alphabetum Pentagonale.

1. 5. 12. 22. 35. 51. 70. 92. 117. 145. 176. 210. 247. 287. 330. 376. 425. 477. 532.
 A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T.
 590. 651. 715. 782. 852.
 V. W. X. Y. Z.







lect. ad Decal. (a) Lib. III. de J. B. & P. (b) Meisnerus
art. III. p. 517. (c) Malderus Episcop. Antwerp. & Joseph
abus. Restrict. Ment. (d), Secunda, 2. qv. no. (e) Cit. Clap-
Reip. Cap. VIII. (f) Duntium Decis. Cas. Consc. Qv. 104.
gering. Scrut. Cas. Consc., Walaum Op. Theolog. Tom.
Gomarum Tom. II. Op. 251. &c.

§. XI.

icam plane intactam relinqvamus, ejus quoque pene-
nus, sed non sine Mystagogo. Uti mendacium in Ethi-
Politicis obtinet, adeo jam temporis vulgaris, ut cuius pro
lando fallere. De statu regiminis notum est, qui nescit
verre, propterea Tiberius artifex dissimulandi simulandiq;
rudentis est frontem aperire, mentem tegere, nec inimi-
um, *habita namq; fides plerumq; obligat fidem* (b). Non
fallaciae politicae, an ignoras *Prudentiam mixtam* lo-
um; *quid est simulatio? ostentatio rei aliter quam est* (c),
m portum obtinere non possis, mutata id velificatione
ica (Cl. Viro dicitur *argutum consilium, a virtute aut le-*
is Regniq; bono, cautionem tamen addit insignem, ne
de divagerur. (d). Nos quidem arcana regiminis jam
nterim arbitramur, legi divinae & Politicae adversari ejus-
n, quae damnum intendit proximi: *Abominatio namq;*
or (e). Ipsa Scriptura S. nobis ansam disqvirendi dabit, ubi
simulationis illustra examinabimus: JOSEPHUM hic
tuimus, Aulicarum subtilitatum Magistrum, quem satis
landi dissimulandiqve artificio non possum, egegrios
natio diffidentiae, videtur fecisse profectus. (f) Loquitur
gnitos, vocat exploratores, jurat in re falsa per Pharaonis
EUM (g) multa deinde mendacia addit, de Scypho sus-
ationem repetendo. Quid tibi videtur, an per omnia id
Multi sunt Viri, qui hanc Josephi simulationem excusant,
A ipsum dicentes, non fuisse *juramentum religiosum*, sed
nem quendam politicam, uti juramus, *per reputationem* &
: Ast non sane ab omni culpa immunis est, per salutem
juravit, vel per modum *execrationis*, vel per modum
mqve est illicitum. Erat quidem adulantium mos, ju-
operatoris & Caesarum, nunquam autem ita juravere fide-
les

Gen. 42, 15, 6.